91.

Bischof Udo zu Naumburg genehmigt mit Einwilligung seines Stiftsvogtes, des Markgrafen Konrad, das Verlangen des Markgrafen Heinrich und seiner Gemahlin Bertha, auf ihrem Erbe Bürgel ein Nonnenkloster zu gründen. **Naumburg, 1133 Febr. 13.**

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg. — Phot. H. St. A. S. des Bischofs gut erhalten.
Gedr.: Mencke, Scriptores rer. Germ. 3,1116.

⁝In nomine sanctę et individuę trinitatis.⁝[a]) Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Vto Nuenburgensis ęcclesię licet indignus spiritalis | provisor, videns utilius animęque nostrę salubrius pacem quam bellum, rem certam quam incertam possidere, desiderium marchionis Heinrici et uxoris eius Berthę, clero meo consu|lente, marchione Cůnrado ęcclesię nostrę advocato annuente ad honorem domini nostri Iesu Christi et sanctissimę genitricis eius Marię sanctique Georgii martiris, ad congrega|tionem monachorum libere constituendam in quadam hereditate sua Burgelin, de qua longa inter nos, ut ęcclesię nostrę pertineret, contentio habebatur, adimplevi ea conditione, ut abbas, qui prefato loco per canonicam electionem preponeretur a nobis vel nostris successoribus, consecraretur et in cęteris, quę ad divinum cultum pertinent, nos et ęcclesiam nostram respiciant. Et ut hęc omnia firma et inconvulsa permanerent, quendam ministerialem suum Adalbertum cum novem mansis in villa Koina super altare beati Petri delegavit. Huius autem rei testes sunt. Abbas Reinoldus, prepositi Reinherus, Cůnradus, Tiemo, decanus Bertoldus, magister Heinricus[b]), Willelmus, Trutwinus, Ditricus et cęteri cânonici. Laici. Hartmannus de Ahusen, Herimannus de Wtenesberg, Ditmarus de Rosla, Rǒpertus de Kaburg et frater eius Lůf, Ripertus, Uto, Berngerus et Lutoldus fratres, Liutoldus de Glizberc. Ministeriales. Witelo et Isenhardus iunior, Martinus et Folkwinus fratres, Lodewicus, Hartwicus et Heinricus fratres, Heinricus et Vͦdelricus fratres, Tiemo, Vdelricus et alii multi.

Data idibus febr. anno dominicę incarnationis MCXXXIII, indictione XI, anno Lotharii, regis VIII^{vo}, anno Vtonis undecimi episcopi VIII^{vo}; actum feliciter Nuenburg.

(SJ.)

92.

Bischof Otto von Halberstadt bestätigt die von seinem Vogt Werner geschehene Resignation seines Amtes und die Exemtion des gesammten Klerus von der Gerichtsbarkeit desselben. — Zeuge: Markgraf Konrad. **Gattersleben, 1133 Mai 25.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg.
Gedr.: Schmidt, Urkundenb. des Hochst. Halberstadt 1,136.

— — Nomina testium subnotavimus. Dominus Wernerus Monasteriensis episcopus cum canonicis suis, Martinus prepositus, Erpo decanus, Conradus camerarius,

91. *a) Die verlängerte Zeile auffällig helle Tinte.* *b)* Hę(i)nricus.